



PRAEFATIO IN TRES PRIMOS LIBROS AD CATHA-

rinam Medicam, Reginam, matrem Regis.



M P E T R A V I M U S, Catharina Medicea, regium hoc diploma de examinãdis & nominandis regi professoribus, Joanne Monlucio Valentinorũ episcopo Blesis primũ suadente: deinde Othone Castellonio cardinale palã ad regium consilium apud Gergobinam Bojorum referente, sed te in primis approbante: cuius gratiam non solũ quia maxima est omnium, quas adhuc à regib. suis regii professores consecuti essent, sed quia ad omnes populos nationesq̃ue pertineret, per orbem terrarum denuntiandam, divulgandam, publicandam iudicavi, ut omnes docti homines, quacunque é gente orti, intelligerent, regias academiæ nostræ professiones sibi communes esse, unaq̃ue perspicerẽt, quã studiosum virtutis & doctri- ne regem nobis informares. Sed quoniam ingenui est animi, inquit orator, cui multum debeas, eidem plurimum velle debere, attende quid abs te regii professores præterea non postulent modó, sed propé iam expectẽt. Mediceorum domus publicum omni doctri- nã liberali hospitium Florentiæ fuit, & Cosmus Mediceus, Magnus propterea cognominatus est. Hic enim Chrysoloras primus græcas literas tota Europa latina multis iam seculis intermortuas excitavit, unde Lute-
tiam